

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

TABULARUM RUDI.

Locum Lunæ in Orbitâ suâ, ad Eclipticam reducere.

PRÆCET.
PTUM 129.

GENERALIS modus est iste. Ex Canone Logarithmorum Semicirculi cum Gradibus & Scrupulis Distantiæ Lunæ à Nodi loco vero, exerce differentiam Antilogarithrorum, debitam denis Scrupulis: cum latitudine verâ exerce Antilogarithrum ipsum, cuius decuplum divide per illam differentiam, prodibunt Scrupula Secunda Reductionis, quæ facile rediguntur ad Prima, divisione in $60''$. Hæc reduc[t]io subtrahatur à loco Lunæ discedentis à Nodo viciniori, addatur ei, si accedit.

PRÆCET.
PTUM 130.


Speciales modi Reductionis, & Casuum cettorum, sunt hi: alter, cum est Nodus in Quadrato Solis: tunc enim excepitur Reductio ex Tab. fol. 36 Tabula latitudinis, cum distantia loci Lunæ veri à Nodo: estq; utilis hæc Tabula columella toto illo mense, quo Sol nodos obambulat. Prætereà in omni coniunctione & oppositione cum Sole valet hæc Reductio, et si Nodus non sit in Quadrato; quia tunc latitudo est Tychom simplex. Denique nuspiam unum scrupulum definiens posteriore citâ vero: poterit igitur ubique sine exceptione usurpari, citra majus damnnum.

Vid. præcep. 112. & appo-
ne fol. 77. lin-
g. posteriore
voces. secun-
dum Tycho-
nem.

Alter casus est, cum est Lunæ nodus alterius cum Sole vel in vicinia. Tunc enim secundum me, angulus sectionis Eccentrici cum plano Eclipticæ est maximus, Reductio igitur paullò major; excepiturq; aliquousq; ex sua propria Tabella, ut infra.

PRÆCET. 146

Exemplum generalis modi ex Genesi RUDOLPHI. Erat vera distantia à Ω . $46^{\circ} 20'$. Si hanc queras in Canone, differentia lateralis Logarithmorum, competens $10'$ Primis, est 5: in quam latitudinis $3^{\circ} 49'$ Antilogarithmi 222 decuplum 2220 divisum, exhibet quotientem $444''$, que sunt $7' 24''$, quam Tabula latitudinis simplicis derat $6' 32''$. Cum igitur Luna feratur ad Ω , ad eum loco $1^{\circ} 58' 50''$ fit Reductionem hanc: fit locus \odot Eclipticus $2^{\circ} 6' 14''$.



CAPUT XXVIII.

DE PARALLAXIBVS
LUNÆ.

PRÆCET.
PTUM 131.

Maximam Lunæ Parallaxin Horizonalem, ut & diametrum apparentem, in Tabula Äquationum venari.

PRÆCET.
PTUM 131.

NON COLUMELLIS Anomalia coæquatæ, differentia duabus lineis interposita augeatur portione sui Sexagesimæ, conficietur Parallaxis \odot : eadem Sexagesima addatur semissimæ, Parallaxeos, conficietur Diameter.

Tab. f. 30. 31.
Non, interco-
lumnij, ca-
ve.

Ut si Lunæ in Anomalia $0^{\circ} 0'$ vel $180^{\circ} 0'$ differentia coæquatari inveniuntur, ibi $0^{\circ} 57' 36''$ sibi $1^{\circ} 2' 41''$. His adde sui Sexagesimas, $0^{\circ} 57''$ & $1' 3''$; fit parallaxis illæ $0^{\circ} 58' 23''$. hic $1^{\circ} 3' 44''$. Harum semisses sunt $29^{\circ} 11''$, & $31^{\circ} 52''$; quibus si addideris Sexagesimas priores $57''$, & $1' 3''$, fiunt $30^{\circ} 8''$, & $32^{\circ} 55''$, diametri Luna.

Infrâ parte Tertia doceberis hæc exercepe. Tabb. fol. 98 re ex sua propriâ Tabellâ accuratiùs: valent enim etiam extra Copulas; quia Hypothesis Anomaliae menstruæ non mutat Intervalla. Quan- Vid. Ep. Ast. f. 870. Item physicae & opticæ eam variè ampliant, partim in Astr. p. Opt. Et prolegom. Ephem. Ast. Daniel Theor. f. 175. 176.

Quin etiam Luna, vertici propinqua, semisse scrupuli, majorem ostendit diametrum, quam in Horizontem dejecta.

Luna Parallaxin altitudinis
indagare.

PRÆCET.
PTUM 132.

PARALLAXEOS totalis in Horizonte Logarithmum Logisticum adde (cossicè si privatius) Logarithmo distantia Lunæ à vertice, qui idem est Antilogarithmus altitudinis Lunæ observatæ, summa quæsita in Heptacosiade, exhibit ex Sexagesimaria, Parallaxin altitudinis.

In Astronomiæ parte Opticâ, Tabulam ex- rius Paral- hibui Parallaxium singulorum Scrupulorum us- laetica in O- que ad 66 in fronte & calce, distributarum ad pticis. f. 320. singulos gradus distantiarum à vertice in margi- seu 424 vi- ne. Ejus usus succedere potest Logarithmis, tiose. aut aliis computationibus per triangula; si quis illos ut rem novam & insuetam aversatur.

Quando cœlo turbido sola Luna instru- vpus Paral- mentis observari potest, ut ex ejus altitudine laxeos Alt. tempus eliciatur; priusquam ea usurpetur, corrigenda est additione Parallaxeos altitudinis, ut ex visâ fiat vera. Veli si distantia à vertice sit obseruata, subtrahitur hæc altitudinis Parallaxis ab ea, ut restet & hæc vera.

De cætero calculus Eclipsum, altitudinis quidem Parallaxi, hîc non indiget, ut in cæteris Tabulis.

Parallaxes Longitudinis & Latitudinis discernere, locumque visibilem per eas determinare, tam Centri, quam Marginum.

PRÆCET.
PTUM 133.

PRIMÙM sit in promptu Parallaxis Hori- zontalis. Deinde loci Solis Ascensio recta petatur ex sua Tab. unâ cum declinatione, punto Eclipticæ culminante, & angulo ejus cum Meridiano respondentibus. Tunc horæ & minuta post meridiem eiusque loci, quæ propo- nuntur, conversa in Gradus Äquatoris, addan- tur Ascensioni rectæ Solis: ut constituta sit Asc. Re. Me. Co. Quod si tempus æquale sit, id conver-

Per præc. 132
Tab. f. 24. 25.
Præcepto 31.

Per præc. 17.